



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XI. Quaenam diligentia requiratur ad examinandam conscientiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

### Caput III. De Qualitate

ria, eiusmodi poenitentis Confessio non est valida, ac proinde iteranda.

Si verò omiserit aliquod peccatum, putans se adhibuisse sufficientem indagacionem, etiamsi illa ignorantia sit culpabilis, Confessio est valida, & non iteranda, & peccatum per obliuionem omissum non imputatur poenitenti.

*Questio*      *Quanam diligentia requiritur ad*  
*XI.*              *examinandam conscientiam?*

*Respö. T*anta requiritur in discussione conscientiae diligentia, quantam viri prudentes in causa non parui momenti solent adhibere. Vnde poenitens si humana quadam & seria diligentia fuerit vsus, quæ vel suo iudicio, vel Confessarij sufficere videbatur: eius Confessio valida est, ac peccata, quorum memoriam non habet, etiam condonantur, præsertim si præditus fuerit voluntate confitendi oblita, vbi in memoriam venerint.

Quòd si verò diligentia aded fuerit remissa, vt si vel paululum intendisset, in peccatorum cognitionem peruenire potuisset; nequam ea sufficit; sed tantã adhibere oportet, vt vel propria conscientia teste arbitris, etiamsi longius temporis spacium peccatis in memoriam reuocandis tribuas, non tamen plurium sis recordaturus. Et hæc sufficit excusatque ab omni peccato. Firmiter  
mih

mihî quoque persuadeo, neminem, modò aliquam salutis animæ suæ curam gerat, negligentia culpam mortalem incurrere in conscientia discussione.

Intelligitur ex his, poenitentes non ad omnem omninò operam; quam possunt, summamque diligentiam præstandam astrictos teneri ad integrè confitendum, ne vllum peccatum memoria effluat: Graue enim nimis foret id onus, & iugum importabile, iis præsertim, qui annuè semel duntaxat, aut vt plurimum, bis peccatorum faciunt Exhomologesin.

*Teneturne Confessarius poenitentem admonere de peccatis, in quibus versatur per errorem, vel invincibilem ignorantiam?*

*Quæstio  
XII.*

**A**D hanc quæstionem aliquot Conclusionibus respondebo. PRIM A conclusio est. Nulli licitum est vlla de causa mentiri; & multò minùs Sacerdoti in Sacramèto Poenitentia. Probat, quia mendacium est intrinsecè, id est, natura sua malum, iam implicat contradictionem, vt intrinsecè malum vlla ex causa sit licitum.

*Responsio.*

SECUNDA conclusio. Imò non licet Confessario interroganti, reticere, vel dissimulare verum; præsertim cum ex ea dissimulatione probabiliter aliquis confirmaretur in

tur in